

Morales, Cristóbal de. *Missarum liber primus*. Roma, Valerio Dorico & Lodovico fratelli. 1544. RISM M3580, MM3580.

Title:

CHRISTOPHORI
MORALIS HYSPA
LENSIS MISSARVM
LIBER PRIMVS

[Escutcheon of dedicatee]

[Elaborate border with leaping horse and text “INVIA. VIRTVTI.NVLLA.EST.VIA”]

Dedication:

ILLVSTRISS. ATQVE | EXCELLENTIS. COSMO MEDICI FLOREN. DVCI |
Christophorus Morales Hyfpalensis. | S. D. |

HOMINVM præfians, atque excellens ingenium tam multas, tamq̄ varias artes pe|perit, ut in hoc terrenū, ac mortale corpus diuinū quoddā lumen e cœlo immiffum eſſe | conſtet: qui enim res tam depreſſā, tamq̄; rudibus concreta naturis aut de altiffimis, ob-|ſcuriffimisq̄; rebus & cogitare potuit, & loqui, quæ ſola eſt animorum, ac propria inue-|ſtigatio, aut tam multa ſenſibus oblec̄tamenta quæſere, quæ niſi artificio, ac præceptorū | quorundam traditione non conficerentur? Quamobrem affirmare tandem licet, quod | & palam negare, vt nōnulli olim fecerunt, ne farium eſt: & turpiſſimum ac prope nihil | videntis hominis non conficere, cœleſtem videlicet eſſe in terriis animorum originem idq̄; potiſſimum ex | eorum inuentis pclarè conſtare. Verum culpa plerumq̄; noſtra accidie, vt animi acies deſidia, atque ocio | nimio in hoc quaſi carcere corporis rubiginem quādā contrahat, ex quo fit, vt poleriq̄; homines in toto hoc | ætatis curſu, qui nobis eſt à natura datus, vitam eam degant, que mortis imago ſimillima ſit: quorum in nu|mero qui eſſe vult, hunc impune ignauū, ac deſidem eſſe licet. Mihi vero nūquam perſuaderi potuit, vt quos | verbis refellerem, re ipſa imitarer: Cuius ſi in maximis, præſtantiſſimisq̄; rebus haud quaquam cognita eſt | industria, certe in his, que liberalium atrium diſciplinis cōtinentur, cū meæ me vitæ ratio ab ineuute ætate | intentum exercuiſſet, elaborauī ſedulo, ut ne hoc meum ſtudium ab his contemui poſſit, qui artem muſicam | traçtarent. Quantum uero profecerim aliorum ſit iudiciū, equidem puto nūquā fore, ut Muſicem didiciſſe | me pœniteat aloquādo: eſt. n. & à cœlo ppe ipſo deduçta diſciplina, tã cognate animis, & natura cōiunçta, | vt uel ad excitandos illos, uel ad ſedandos plurimum poſſit, & in numero liberalium ſtudiorum poſita, & | laudata magnopere, a ſummis, ſapientiſſimisq̄; philoſophis ex quorū etiam decreto eſt illa & recepta in ur|bibus maximis, & ſummo labore, atque impenſa culta: que ſi quandoq̄; a plerisq̄; rephendatur propterea, | quod animos nimis molles efficere, atque quodāmodo efœminare dicatur, hominm certè culpa eſt, non | ſcienciæ, cum eam quaſi lenocinium quoddam cupiditatibus ſuis obſequi uolunt, que ad cōponēdos animi | mores, & continendam in officio rationis eius uim appetentem potius, quàm ad ſtimulandam excitandāq̄; | libidinem inuenta eſt, atq̄; adſcita. Huius igitur cun ſint genera duo, quibus his tēporibus plerisq̄; omnes | fere ſtudeant, & uacent, alterum, quod rebus leuioribus, & luſibus quibuſdam, quales ſunt in ſtulto quodā | amore

desipientium, cæterisq; huiusmodi accommodator: alterūm quo canuntur laudes immortalis dei, præclarorūq; uirorum, misso priore postterius hoc mihi pro uiribus illustrandum suscepi, existimans idipsum | magis & officio meo conuenire, & multis præstantis uiri fulta in lucem prodirent, occurristi tu unus Cosme dux | optime, cuius nomini primum hunc librum octo missarum, cæterorūq; qui post sequentur, nuncuparem: | simul q; arbitrabar hūc prope lusum honestamq; animi remissionē tibi in magnis rebus occupato fore gratissimam, qui ob talis artis peritiā te interdum oblectare posses. Accipies igitur Moralis tibi deditissimi | munusculum, illudq; non quale ex se, quantum ue sit, sed ex animo dantis æstimabis, ita enim & animi tui | magnitudine dignum, & à maiorum tuorum natura, ac uirtute haud alienum feceris, qui cum cæteros homines, tum etiam præclaros ac nobiles musicos olim & amarunt unice, & magnis, ingentibusq; præmiis cummulauerunt. Vale. |

Index:

Tabula Missarum.

Quatuor uocibus.

Missā de beata uirgine
Missā aspice domine
Missā vulnerasti cor meum

Quinq; uocibus.

Missā aue maris stella
Missā queramus cum pastoribus
Missā l'homme arme

Sex uocibus.

Missā mille regretz
Missā si bona suscepimus

Contents:

Missā de beata uirgine
Missā aspice domine
Missā vulnerasti cor meum
Missā aue maris stella
Missā queramus cum pastoribus
Missā l'homme arme
Missā mille regretz
Missā si bona suscepimus

Colophon:

Impressum Rome per Valerium Doricum
et Ludouicum fratres
Anno Salutis.
M. D. XLIIII.
[Printer's mark]
Cum gratia & priuilegio.

Structure:

Single volume: [*¹], A-Y³, Aa-Cc³ 208pp. Dedication. Index. Colophon.

Remarks:

Choirbook folio format. Copy consulted: I-FEc. RISM M3580, MM3580.